

6 tio mariti nocere non debet creditoribus, ne pactum vnus extendatur contra alterum, aduersus l. si vnus. §. ante omnia, ff. de pactis, & ne factio vnus alter prægrauetur, contra regulam l. alteri, de reg. iuris.

7 Tertio suffragatur, quod renouatio iuris ab vno facta, ei tñ, & non alijs nocere dēt, vt scribunt Bart. & reliqui in l. 1. C. de pactis. Atqui ius creditorum est separatim a iure mariti, l. si cui, C. de non num. pecun. Ergo renouatio facta a marito nocere non debet creditoribus.

Quarto, & vltimo confert d. l. si cui, qua constitutum est, quod si maritus condemnatur erga vxorem restituere dotem confessatam, non obstante exceptione numerationis non facta, non tamen sententia illa nocet creditoribus, tamen si sententia illa omni suspitione cateat. Et ergo a fortiori nec renouatio a marito facta, quæ suspitione non caret, nocere debet ipsis creditoribus.

8 Extenditur secundò, vt locum etiam habeat, quando confessio facta fuisset in instrumento guarentigato, quod dispositione statuti habet vim rei iudicatae. Hoc sane casu, adhuc confessio hæc mariti non præiudicat creditoribus, quia adhuc quoad eos præsumitur facta spe futurarum numerationis. Ita, reiecta opinione Bal. in l. 1. nu. 4. C. de priuileg. dot. scripserunt Aret. in consil. 86. n. 3. Soc. in d. l. 1. nu. 9. ff. sol. matr. Bal. Nouell. in tract. de dote, parte 10. n. 20 & Goz. in consil. 28. nu. 27. qui scribunt, statutum operari in præiudicium mariti, non autem creditorum, quia sicuti guarentigia non prodest tertio non nominato, secundum Baldum in l. si pro te, Co. de dotis promissis, ita etiam tertio non nominato non nocet, vt tradunt idem Bal. in l. hac edictali, in princip. C. de secund. nup. & Imol. in l. vlt. ff. a quib. appe. non licet. Et accedit

10 secundò Soc. quod sicuti sententia lata contra creditores non nocet marito, l. si cui, in fi. C. de non num. pec. & è contra, lata pro marito non nocet creditoribus, iuxta l. sepe, ff. de re iudic. Ita quoque guarentigia, quæ sententia cuiusdam loco est, vimque habet, contra maritum adhibita, nocere non debet creditoribus. Et rursus prædictum statutum tanquam exorbitans, non debet extendi ad alias personas, ne duo exorbitantia, vt egregie considerat Bald. Nouellus ab eodem statuto introducatur. Imò scripsit Bald. ipse Nouellus præcitato in loco n. 21. hoc locum habere etiam si statutum tribuat executionem guarentigiam contra quemcuque.

Declaratur primò, vt locum non habeat casus iste, quoniam creditores prætenderent creditum suum ex confessione sola ipsius mariti. Nam tunc confessio facta fauore mulieris, atque ita pro dote præualeat, sicque præiudicet confessioni factæ pro creditoribus. Ita Bal. Imo. & Alexander. in d. l. 1. ff. sol. matr. quos secutus est ibi Socin. nu. 88. Corn. in consil. 120. n. 5. in fi. lib. 3. & idem affirmat Ang. Aret. in §. fuerat, n. 15. & ibidem las. n. 91. in inst. de actio. Marfil. in sing. 324. Gozad. in consil. 28. n. 28. & Didac. in lib. 1. variar. relol. c. 7. n. 6. vers. ex præmissis col

13 ligi. Ea ratione iij moti sunt, quod cum par sit causa fidei iuris, & creditorum, debet præualere ipsa dote. Ceterum Bald. Nouell. in tract. de dote, parte 10. nu. 16. dubitat, ex eo quod confessio facta ad commodum proprium creditorum, nullam habet fraudis suspitionem, cum ante se non ad sit dotis confessio, sed confessio, quæ fit causa dotis post illos creditores, non caret doli suspitione, ob ipsos creditores mariti anteriores. Responderi potest, confessionem dotis non præsumi factam in fraudem aliorum creditorum, ex quo de eorum credito non constat verè, sed per solam confessionem, quam etiam si tenuisset mulier, vel qui eius nomine dotem numerauit, probabiliter credere potuisset, non esse iustum legitimumque creditum.

Declaratur secundò, vt locum non habeat casus iste, quando ante contractum matrimonium maritus confessus est recepisse dotem, deinde passus est elabi tempus

opponendi exceptionem dotis non numeratæ. Nam tunc dos præsumitur verè numeratæ, etiam in præiudicium creditorum. Ita Bart. in d. l. si constante, nu. 100. ff. solut. matrim. & in l. affiduis, C. qui potio. in pign. hab. & ibidem Angel. & Salic. & secuti sunt Imola in capit. ex literis. num. 12. de pign. Aret. in consil. 86. col. 2. Alex. in l. 1. nu. 35. ff. solut. matr. & in consil. 90. nu. 5. lib. 3. Bald. Nouellus in tract. de dote, par. 20. num. 12. Afflic. in de cif. 402. nu. 10. Rubeus in consil. 78. nu. 4. & n. 9. Crau. in consil. 40. n. 6. qui hanc esse communem testantur. Et in specie hanc vt veriore fecutus est Didacus in lib. 1. varia. resol. cap. 7. nu. 6. vers. quod si confessio dotis, qui testatur pariter esse communem. Et his accedunt Bulgarinus in d. l. 1. nu. 26. solut. matr. Roland. in consil. 74. nu. 9. lib. 4. Riminaldus iunior in consil. 80. nu. 4. & 7. lib. 2. & Verallus in decis. 196. parte prima, qui testatur esse communem, & sic Rotam Romanam iudicasse. Quæ quidem sententia fulcitur tex. l. si duobus, in princ. ff. de iureiuran. quo loci dicitur, fideiusorem posse aduersus principalem debitorè agere ratione soluti debiti, si probauerit solutionem etiam sola creditoris confessione, elapsis deinde triginta diebus concessis ad opponendū exceptionem, iuxta l. in contractibus, C. de non numer. pec. Et hoc in casu, cum adhuc contractum non sit matrimonium, non præsumitur fraus aliqua, nec donationis titulus erga vxorem.

15 Contrariam opinionem præbent Bald. in l. neque C. de compens. & in l. generaliter. col. 2. C. de non num. pecun. Imol. in l. si stipulatus, §. Chrisogonus, nu. 11. ff. de verb. oblig. Rom. in l. 1. nu. 22. ff. solut. matr. & in consil. 245. Aret. in d. l. 1. nu. 7. & ibidem Soc. sen. nu. 90. Idem scripserunt Ang. Aret. in §. fuerat, num. 15. & ibidem las. nu. 75. in inst. de actio. Felin. in ca. si cautio. nu. 44. de fide instrum. Et hac pro opinione perpenditur text. d. l. si cui, C. de non num. pecun. vbi dicitur, quod non prohibentur tertij creditores opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ, etsi debitor principalis ea exceptione nunquam sit usus, vt diligenter explicat Soc. præcitato in loco. Decurso ergo tempore opponendi exceptionem non numeratæ dotis, poterunt creditores eadem vt aduersus vxorem, quamuis maritus ea usus non fuerit intra legitima tpa. Verius esse existimo cum Salic. in d. l. si cui. Alex. in d. l. 1. nu. 35. ff. sol. matr. Rub. in d. consil. 78. nu. 4. & Didac. in d. c. 7. nu. 9. vers. sed alia, d. l. si cui. hunc habere sensum, quod licet alias nemo possit vt beneficio alteri competenti, eo inui. o. l. si iudex circumuento, ff. de min. attamè creditor inuito debitorè, vt poterit exceptione non numeratæ pecuniæ ipsi debitori competenti loquitur itaque tex. d. l. si cui, quando debitor ipse superfedet, differt, atque ita motam interponit, vel recusat opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Nam tunc alij tertij creditores poterit pro suo iure opponere. Non autem loquitur d. l. si cui, quando elapsa sunt tpa opponendi exceptionem. Hunc sensum indicant vltima illius responsi verba, quæ ita se hnt. Vt neque principali debitori, neque fideiussori eius aliquid præiudicium generetur, si is, qui eam exceptionem opposuerit, victus fuerit, sed possint illi postea si conueniatur intra statuta scilicet tempora, eadem se exceptione tueri. Hactenus Iustinianus, qui significauit, licere tertijs ipsis creditoribus, opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam debitor principalis recusat, vel differt opponere. Et hoc quidè sine præiudicio ipsius debitoris, quia etsi illi creditores succumbunt, non tñ debitor impediatur ex sua persona, exceptionem de nouo opponere. Quod procedit èt elapso tpe a lege præstituto ad opponendū hæc exceptionem, si modo constat creditores ignorasse confessionem illam a marito factam, quia tunc per restitutionem in integrum daretur ei facultas opponendi hanc exceptionem, vt tradit Alex. in d. l. 1. nu. 35. circa me-

ca medium, sol. matr. et si Boer. quæst. 330. dubitat. 17 Declaratur tertio, vt locum non habeat casus iste, quando creditores respondendo positionibus, fatentur dotem fuisse numeratam, licet in instrumento contineretur sola confessio. Ita post Ang. & Alex. quos recēset, docuit Soc. in d. l. 1. nu. 91.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando creditores haberent solum actiones personales. Nam tunc ad eorum præiudicium præsumitur, quod dos confessata ante contractum matrimonium, verè fuerit numerata. Ita Castr. in l. in fine, ff. sol. matr. post Cynum in authent. sed iam necesse, C. de donat. ante nup. in qu. 4. quem sic intelligit, & declarat Didac. in dict. lib. 1. varia. resol. cap. 7. nu. 6. vers. 3. illud, qui & huius sententiæ recēset Bald. Nouell. in tract. de dote, par. 10. nu. 10. vers. 2. casus.

Ceterum dissentit Soc. in dict. l. 1. nu. 92. post recentiores, quos ipse suppressit eorum nominibus commemorat, sic etiam dissentit Ripa in l. quæ situm, §. si sponsa, in fi. ff. de priu. credit. Et motus est Soc. tex. l. si cui, C. de non num. pecun. quæ absolute loquitur, tam de creditoribus ex personali, quam ex alia quauis actione, cum non distinguat vnā ab altera. Perpendit etiam Socin. text. l. affiduis, C. qui potio. in pign. hab. Verum illis responderet, & diligenter satisfacit Did. præcit. in loco.

19 Declaratur quinto, vt locum non habeat casus iste, quando adessent aliqua indicia, & coniecturæ dotis non numeratæ. Nam tunc confessio hæc iunctis illis indicijs, adeo arguit dotem verè fuisse numeratam, vt præiudicium aliquid afferat ipsis creditoribus. Ita Baldus in l. vnica, nu. 4. C. de priuileg. dotis, qui indicium, & coniecturam illam considerauit, quando maritus præstitit alimenta ipsi mulieri. Et Baldum secuti sunt alij, quos commemorari superiore præsumptione, in quinta declaratione secundi casus. Verum Socin. in dict. l. 1. nu. 94. ff. sol. matr. ea ratione coniecturam hæc rejicit, quod si probabilis non est aduersus ipsum maritum, qui (vt in dicta 5. declaratione diximus) præsumitur potius præstitisse alimenta affectione maritali, quam quod dotem fuerit consecutus, sic & multo minus recipienda est coniectura hæc aduersus creditores. Alias coniecturas recēset sui supra in dicta declaratione. Illa quarta, quam ibi commemoravi, casu nostro satis posset adaptari, quando sol. ultra mariti confessionem, accedit vnus testis testimonium. Nam & hæc coniectura aduersus creditores recipienda est.

Declaratur sexto, vt locum non habeat, quando iam ante confessionem promissa fuit dos. Nam tunc subsecutiva fidei confessio, arguit dotem verè fuisse numeratam, etiam in præiudicium creditorum. Ita Castr. in d. l. ff. solut. matr. Rom. in l. si constante, in princ. nu. 100. & in l. si verò, §. de viro, in 31. fallen. ff. eod. sol. matr. & in consil. 445. & Socin. Senior ibidem. nu. 95. dixit in iudicando, & consulendo non esse recedendū ab hac opinione, quam secutus est Afflic. in decis. 402. nu. 9. vers. sed in contrarium. Et fulcitur primò sententia hæc tex. l. in contractibus, §. sed quoniam, vers. ideoq; Co. de non numer. pecun. cuius verba hæc sunt. Ideoque sancimus in instrumento quidem depositionis certarum rerum, vel certæ pecuniæ, securitatisque publicarium functionum, siue in solidum, siue ex parte soluta esse conscribantur, illis etiam securitatibus quæ post confessionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte, vel in solidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi. His manifestè significat Iustin. nullam opponi posse exceptionem non numeratæ dotis, cum securitates, hoc est, confessiones dotis numeratæ, factæ sunt post dotalia instrumenta, id est, post dotis promissionem. Et accedit, quod sicuti contra confessionem

22 nem depositi opponi non potest exceptio non nume-

rata pecuniæ, vt ibi dicitur. Ita etiam nec contra confessionem dotis factam post promissionem dotis. Hæc sane duo æqualiter determinat Iustin. in d. §. sed quoniam, dum ambo sub eadem verborum structura comprehenditur. Verum tex. d. §. sed quoniam, loquitur de confessione ipsa facta in præiudicium ipsius mariti, non autem creditorum, sicuti colligitur ex principio d. l. in contractibus, vt perpendit Soc. præcit. in loco.

Secundò adducitur rō, quia cum maritus ex promissione habeat obligatam vxorem, necesse non habet confiteri se recepisse spe futuræ numerationis, seu solutionis, vnde verisimile est, quod sibi solutum fuerit, responderetur, hoc verum esse, quo ad ipsum maritum, non quo ad creditores, quibus suspecta est promissio, & confessio.

23 Ceterum contrariam opinionem in pñcto iuris veriore esse scripsit Soc. in d. l. 1. nu. 95. vers. sed in puncto. ff. sol. matr. & eo prius Baldus Nouellus ibidem nu. 213. vers. aut quærimus, & idem in tract. de dote, parte decima, num. 18. vers. aut quærimus an talis, & num. 19. sic etiam dissentit Emanuel Costa in l. si ex cautione, in limit. 14. nu. 3. vers. ego nihilominus, C. de non num. pecun. Ea ratione motus est Baldus Nouellus, quia cū tempore confessionis immineret magnum æs alienum, præsumitur, quod maritus sic confessus fuerit, vt potius fraudarentur creditores, quam vt recognosceret bonam fidem. Et sententiam hanc probant l. scripturas, C. qui potior. in pign. hab. quam allegauit Bald. Nouellus, & diligentius perpendit Socinus, qui dixit ibi sancitū fuisse, quod si probatur debitum alicuius per publicum instrumentum cum hypotheca, & deinde appareat debitum alterius per scripturam manu debitoris, quæ a duobus testibus fide dignis approbetur, & appareat facta prior in tempore, attamen præfertur creditor posterior, qui probat per publicum instrumentum. Et hoc (inquit Socinus) factum est ob suspitionem, quod illa scriptura priuata fuerit vera facta post instrumentum, sed falso ei adscripta dies prior illo instrumento, si ergo in probanda prælatione (inquit Socinus) hypotheca, factum debitoris approbatum etiam per duos testes est suspectum, quanto magis debet esse suspecta confessio hæc facta a solo debitore.

Verum si recedèr perpendatur d. l. scripturas, aliter statuit. Est sanè constitutum, quod in prælatione hypothecæ præferatur publicum instrumentum posterius apochæ anteriori, nisi (inquit Imperator) apocha illa fuerit munita subscriptione trium testium fide dignorum. Cū ergo apocha caret testibus, suspecta est, quia ab ipsius debitorè, & creditore potest esse conficta, ad fraudandum anteriores, sed in casu nostro nulla est fraus contra creditores, cum appareat de promissione dotis per publicum instrumentum, antequam cauaretur creditum aliorum creditorum.

24 Est hic distinguendum, quod aut tempore confessionis apparebat magnum æs alienum, aut non apparebat. Illo primo casu procedere potest secunda Bald. Nouelli, Socini, & Costæ opinio, quod scilicet maritus voluerit fraudare creditores, & potius bona sua deferri mulieri, quam ipsis creditoribus. Nec hoc casu antecedens dotis promissio ad rem pertinet, quia non illud tempus, sed hoc confessionis, factæ receptionis, spectari debet.

Secundo verò casu quando tempore confessionis non apparebat æs alienum, nec probabiliter de eo dubitari poterat, tunc procedit prima opinio Castrensis, & sequacium, quod scilicet confessio receptionis vera præsumatur. Ita etiam diffiniri potest illa traditio, & declaratio, de geminata confessione receptæ dotis, de qua differunt Soc. & Costa præcit. in locis.

Declaratur septimò, vt locum non habeat hic casus, quando maritus confessus est recepisse dotem in re immobili,



mobili, etiam si data sit pro æstimato. Nam tunc præsumitur verè data etiam in præjudicium creditorum, sicuti sentit Didac. in lib. 1. variar. resolut. cap. 7. in fine, ex sententia Bald. in l. vnicia, num. 4. C. de privi. dot. & in l. in contractibus, in princ. quæst. 1. C. de non num. pecu. & probat text. auth. sed iam necesse, versat si debitor, C. de don. ante nupt.

Secundum est caput huius disputationis, quando scilicet maritus post contractum matrimonium confessus est recepisse dotem. Hoc in capite Soc. in d. l. 1. n. 105. distinguunt, atque constituit plures conclusiones. Nos casus aliquot constituemus, atque explicabimus.

Primus est casus, quando constat maritum habuisse animum donandi vxori, vel fraudandi creditores. Nam tunc dubitandum non est, quin confessio illa nil nocent creditoribus, quia si non nocent confessiones hoc modo factæ ante contractum matrimonium, sicuti superius capite in primo, & secundo casu diximus, ita et multo magis nocere non debent factæ post contractum matrimonium, cum magis suspectæ sint, ut scribit Soc. in d. l. 1. n. 105. & num. 106. Et idem sequitur Ruin. in conf. 183. nu. 2. lib. 1.

Secundus est casus, quando confessio facta fuit de dotis augmento, hæc etiam non nocet creditoribus, quia in eorum fraudem facta præsumitur. Ita Socin. in dict. l. 1. num. 107. versic. tertia conclusio, ff. solut. matr. qui dixit, hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, introducit in Justiniano in §. aliud, in authen. de æqual. dotis, repositam in authen. sed iam necesse, in fine. C. de donat. ante nupt. vbi Bar. manifestè idem docuit. Idem respondit Ruin. in conf. 137. num. 6. lib. 4. sic & Camp. g. in tract. de dote, parte 1. quæst. 66. & 67. vbi declarat. Cui verò non agitur de præiudicio creditorum, augmentum dotis non præsumitur factum in fraudem. Ita Doc. in d. auth. sed iam necesse, & Camp. vbi supra, quæst. 64. & 65. & rursus quod diximus confessionem mariti de dote, vel dotis augmento, non nocere creditoribus. tunc tempore confessionis existitibus, secus verò quoad creditores futuros, sicque eas factas post confessionem illam. His sane nocet confessio mariti, cum non præsumatur facta ipsa confessio in horum creditorum fraudem, nisi aliunde fraudis suspicio probetur. Ita Bar. in d. authen. sed iam necesse, num. 2. & ibidè Ang. & Saly. col. 2. Alex. in conf. 86. num. 2. lib. 7. Corn. in conf. 120. nu. 6. & apertius in conf. 183. nu. 3. lib. 3. Bald. Nouellus in l. 1. num. 209. ff. sol. matrim. Crauet. in conf. 44. num. 1. & in conf. 520. in fine, Petrus Antonius Anguola in consil. 54. nu. 3. lib. 2. Rolan. in conf. 74. num. 1. lib. 4. & Rimin. Jun. in consil. 180. num. 6. lib. 2. Coniecturæ autem fraudis sunt, quando statim ferè maritus ipse magnum æ alienum contraxit cum alijs creditoribus, vel quando confessio mariti erga vxorè fuisse de magna summa, & excessiua, sicuti scribunt præcitati Doct. præsertim Rol. & his declaratur responsum Alex. in conf. 142. num. 7. lib. 5. & Gozad. in conf. 28. nu. 25. in fin.

Tertius est casus, quando maritus constanter ipso matrimonio scit non esse soluendo, vel videt fore non soluendo. Hoc etiam casu confessio facta ab eo facta, præsumitur in fraudem creditorum facta. Ita Soc. in d. l. 1. n. 180. post gloss. & Doctores in dict. authent. sed iam necesse.

Quartus est casus, quando sumus in dubio. Hoc etiam casu præsumitur solum, quod facta sit confessio spe futura numerationis, sicuti præsumitur, quando facta fuit ante contractum matrimonium, ut diximus in tertio casu præcedentis capituli. Et ideo (ut ibidem dixi) non præiudicat creditoribus, quin opponere possint non numeratæ dotis exceptionem. Et in specie responderunt Ruin. consil. 137. num. 4. lib. 4. & Bello. in consil. 48. num. 2.

Extenditur primò hic casus, ut locum etiam habeat, quando maritus, qui sic cõfessus fuit, passus est elabi tempore opponendi exceptionem ipsam non numeratæ dotis. Nam adhuc illatum non censetur præiudicium creditoribus, quin possint ipsi exceptionem hæc opponere. Ita Didac. in lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 6. versic. quamobrem breui.

Extenditur secundo, ut procedat etiam quando maritus ipse in confessione receptæ dotis, renunciauit exceptioni dotis non numeratæ, sicuti diximus supra in primo capite, in l. extensione tertij casus, & in specie respondit Bello. in conf. 48. nu. 1. & 2.

Extenditur tertio, ut locum habeat etiam si confessio facta fuisse in instrumento gaurentigato, ut dixi in secunda extensione dicti tertij casus. Hæc enim extensiones locum multo magis habent in confessione facta constanter matrimonio, quam ante, ob maiorè suspicionem, sicuti supra declarauimus.

Extenditur quarto, ut locum etiam habeat in confessione facta erga extraneum. Nam hæc non nocet creditoribus. Ita Bartol. & Salic. in authen. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. & apertius Bellon. in conf. 48. num. 6.

Declaratur nunc hic casus, ut locum non habeat in aliquibus casibus illarum declarationum, quas in præcedenti capite retulimus. Non repeto illas, quæ huc pertinent, studiosus quilibet facile intelliget, quæ ad rem hanc faciunt.

Extenditur primò hic casus, ut locum etiam habeat, quando maritus, qui sic cõfessus fuit, passus est elabi tempore opponendi exceptionem ipsam non numeratæ dotis. Nam adhuc illatum non censetur præiudicium creditoribus, quin possint ipsi exceptionem hæc opponere. Ita Didac. in lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 6. versic. quamobrem breui.

Extenditur secundo, ut procedat etiam quando maritus ipse in confessione receptæ dotis, renunciauit exceptioni dotis non numeratæ, sicuti diximus supra in primo capite, in l. extensione tertij casus, & in specie respondit Bello. in conf. 48. nu. 1. & 2.

Extenditur tertio, ut locum habeat etiam si confessio facta fuisse in instrumento gaurentigato, ut dixi in secunda extensione dicti tertij casus. Hæc enim extensiones locum multo magis habent in confessione facta constanter matrimonio, quam ante, ob maiorè suspicionem, sicuti supra declarauimus.

Extenditur quarto, ut locum etiam habeat in confessione facta erga extraneum. Nam hæc non nocet creditoribus. Ita Bartol. & Salic. in authen. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. & apertius Bellon. in conf. 48. num. 6.

Declaratur nunc hic casus, ut locum non habeat in aliquibus casibus illarum declarationum, quas in præcedenti capite retulimus. Non repeto illas, quæ huc pertinent, studiosus quilibet facile intelliget, quæ ad rem hanc faciunt.

Dos ad quem peruenisse præsumatur, quando pater & filius eodem instrumento confessi sunt se recepisse dotem vxoris ipsius filij?

S V M M A R I V M.

1 Dotem recepisse vna cum patre confessus filius, si inter ipsos, & mulierem contentio sit, pro virili restituere tenentur.

Idque etiam in pluribus fratribus nu. 3.

Item & eo casu, quo filius in usu patris dotem recepisset. nu. 4.

2 Præiudicium in casibus non præiudicatis iure communi, vbi in dote, non procedit, quæ regulariter est præiudicata.

3 Dotem recepisse confessi in instrumento pater, & filius, si inter ipsos contentio sit, ad filium peruenisse præsumitur, casu, quo filius negotia domus administrat.

4 Reus duobus sese obligantibus si ad vnum eorum negotium pertinet, is principaliter, alter fideiussois loco obligatus est.

5 Actus numerationis dotis fit contemplatione mariti.

6 Actus secundum iuris communis dispositionem factus præsumitur.

7 Rei debendi duo non constituuntur, nisi expressim ita agatur.

8 Patre, & filio dotem restituere promittentibus, casu quo inter ipsos contentio sit, ad patrem peruenisse præsumitur, si ipse solus familiam administrat. Reiectis alijs opinionibus nu. 9. & 15.

9 Quid autem sit, dum ambo consueverunt recipere, & administrare. num. 16.

10 Vfusfructus bonorum dotialium ad patrem pertinet, quousque filius cum eo commoratur.

11 Argumentum à solitis, in iure receptissimum esse.

12 Dotalem rem vxore, & marito vendentibus precium ad maritum peruenisse præsumitur.

P R A E S V M P T. XIV.

PER spem euenit, quod pater, & filius recipiunt dotem vxoris ipsius filij, & in eodem instrumento fatetur se recepisse dotem illam, sed dubitatur ad quem præsumatur dos hæc peruenisse? Hac in re, ut perplexæ Doctorum traditiones clarè explicentur, distinguenda sunt ante omnia duo capita. Quorum primum est quando

lis & contentio est inter mulierem ipsam, cuius nomine dos fuit numerata, & confessio facta, & ipsos patrem, & filium, qui confessi sunt. Secundum verò est caput, quod lis, & contentio est inter ipsos solos, patrem & filium.

Primò in capite dicimus, receptam esse, ac verè opinionem, præsumi pecuniam peruenisse ad vtrumque, patrem scilicet, & filium, qui ambo ab ipsa muliere, vel eius hæredibus conueniri possunt, ut quilibet pro virili teneatur restituere. Ita manifestè scripserit Alex. in additionibus ad Bar. in l. in duobus, §. vbi duo, num. 15. ff. de duob. reis. Signor. in conf. 76. sic etiam respondit Corn. in conf. 303. lib. 4. & apertius Bald. Nouell. in tract. de dote. in 7. parte priuileg. 38. in fine. Cur. Sen. in consil. 54. Sapè & frequenter, col. 2. vers. & sic opinio. Crauet. in conf. 91. nu. 3. Ronchegal. in l. reos. §. cum in tabulis, nu. 29. versic. aliud esset, ff. de duobus reis. Est ratio, quia voluit mulier vtrique numerari, & ab vtroque eorum confiteri, quo magis sibi cautum esset. Non ergo habet illa quærere, & diuinare, in cuius arcam coniecta fuerit pecunia illa. Nec hic repugnat illa consideratio Crotti in repet. l. si constante, num. 84. ff. solut. matrim. quam probat Ronchegal. in l. reos. §. cum in tabulis, num. 28. ff. de duobus reis, cum dixerant, priuilegiatum uti iure communi, in casu, in quo non reperitur priuilegiatus. Item veniunt, §. in priuatorum, ff. de pet. hæred. Nam respondetur dict. §. in priuatorum, procedere in ijs, qui sunt priuilegiati aliquibus in casibus, non tamen in dote, quæ est regulariter priuilegiata, ut diximus supra in præsumpt. 6. Et hæc quidem traditio, mea quidem sententia, summa æquitate fulcitur.

Extenditur primò, ut præsumptio hæc locum etiam habeat in duobus, & vel tribus fratribus, qui cõfessi sunt recepisse pecuniam dotalem vxoris alterius eorum. Nam mulier habet vtrumque eorum obligatum. Ita in specie responderunt Signor. in d. consil. 76. & Corn. in consil. 151. in fin. lib. 1.

Extenditur secundo, ut habeat locum etiam, quando filius in iusu patris recepit pecuniam. Nam præsumitur numerata cõtemplatione tam patris quam filij, ut vterque sit obligatus. Ita post alios Bal. Nou. in tract. de dote, par. 7. in priuileg. 37.

Secundum est caput, quando lis, & contentio est inter ipsam patrem, & filium, vel hæredes eorum. Hoc in capite distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando pater, & filius simul confessi sunt recepisse dotem, sed solus ipse filius t gerit & administrat negotia domus. Hoc in casu pecunia illa dotalis præsumitur in totum peruenisse ad eum. Ita Cynus in l. si cõ dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrim. Camp. in tract. de dote, in 3. par. quæst. 169. & idem sentit Curtius Sen. in dict. consil. 45. ad finem. Et hæc quidem traditio, præter rationes, quibus fulcitur subsequens casus, vbi dicemus, habet & hanc præcipuam, quod cum dos ipsimet tanquam marito acquiratur constanter matrimonio, iuxta l. doce ancillam. C. de rei vend. sic præsumendum est, quod ipsemet eam receperit, & apud se retineuerit. Nam quando duo rei se obligant, & ad vnum eorum negotium pertinet, is principaliter obligatur, alter verò est loco fideiussois. l. vir vxoris. §. vlt. ff. ad Velleia. & post Bart. Caltr. Fulgosium, & Corn. in specie propè respondit Crauet. in d. consil. 91. num. 2. Et accedit, ut dicebat idem Crauetta ibid. numer. 6. attendi debere non ipsa verba, sed cuius contemplatione fit actus. l. isti quidem. §. vlt. ff. quod metus causa, cum similibus, sed

actus t numerationis dotis, fit contemplatione mariti, & sic filij. Ergo ad eum non autem ad patrem præsumitur peruenisse pecuniam. Et rursus (ut dicebat idè Crauet. in dict. consil. 61. num. 8.) actus præsumitur factus secundum dispositionem iuris communis, l. quæro. §. inter locatorem, ff. locati. & dicemus infra hoc lib. in præ-

sumpt. 38. vbi declarabimus d. §. inter locatorem, sed de iure communi pecunia dotalis pertinet ad maritum d. l. doce ancillam. C. de rei vend. & l. pro oneribus. C. de iure dotium. Ergo præsumitur ad ipsum filium maritum peruenisse. Et demum cessat hic illa ratio, qua Doctores, quos in sequenti casu referam, dicunt, pecuniam præsumi peruenisse ad patrem, quia ipse pater gerit negotia domus, cessat inquam hæc ratio, cum hoc in casu præsupponamus, administrationem esse penes filium. Secundus est casus, quando pater, & filius simul confessi sunt recepisse dotem, & pater ipse solus administrat. Hoc in casu tres sunt opiniones.

Prima fuit t Jacobi de Arena in l. si constante, ff. solut. matrim. qui dixit, hoc casu patrem, & filium esse duos reos debendi, atque ita ad vtrumque in solidum censeri peruenisse pecuniam. Hanc reijciunt omnes, & in specie Curt. Sen. in dict. consil. 54. in princ. Ea ratione, quia duo rei debendi non constituuntur, nisi expressim ita agatur, l. 2. & l. cum reos. vbi Bald. ff. de duob. reis. Accedit, quod impossibile est, pecuniam in totum peruenisse ad vnum, & ad alium, iuxta l. si certo. §. si duobus vehiculum, ff. commod.

Secunda fuit opinio, quod t hæc pecunia peruenit ad solum patrem. Ita Cynus in l. si cum dorem. §. transgrediamur. ff. solut. matr. quem secuti sunt Angel. Aret. in §. est & aliud. num. 2. in Instit. de donat. & Curtius Sen. in dict. consil. 54. colum. 2. versic. ego autem, qui dixit, hanc opinionem æquitati conuenire, quod fatentur Bal. & alij, quos infra referam. Et hæc quidem mihi magis placet.

Primò ea ratione, quia pater ipse administrabat negotia domus, & matrimonij onera sustinebat in alendis filio, nuru, & eorum familia.

Præsumitur ergo, quod apud se pecuniam esse voluerit, ut posset onera ipsa sustinere.

Secundò accedit, quod ad patrem pertinet vsusfructus t bonorum dotialium, donec filius cum eo commoratur. Non ergo est præsumendum, quod voluerit patrem pecuniam esse apud filium, atque ita perdere ipsum vsusfructum, arg. l. cum de indebito. ff. de prob.

Tertiò suffragatur argumentum à solitis, t quod in iure receptissimum, esse scribunt omnes in l. certi conditionio. §. si nummos. ff. si cer. petat. & latissimè Euerard. in centuria legali, in loco à solitis. Atqui vsu compertum est, pecuniam dotalem, sicuti & aliam consueuisse peruenire in manibus patrisfamilias, qui negotia domus gerit, & administrat, sic ergo & hoc in casu dicendū est. Ita etiam dicimus, quod quando vnà simul maritus, & vxor vendunt t rem dotalem, pretium præsumitur peruenisse ad maritum, cum soleant mariti pecuniam illam recipere, ut explicabimus infra in præf. 22.

Tertia fuit opinio eorum, qui t dixerunt, quod in hoc casu præsumitur pecuniam peruenisse pro dimidia ad patrem, & pro altera dimidia ad filium. Ita Dyn. Petrus, Rayner. Bald. Alberic. & Rom. in l. si constante. in princ. ff. sol. matrim. idem Rom. in consil. 462. num. 2. Comens. in consil. 40. col. 2. Corn. in consil. 303. nu. 10. lib. 4. Barb. in consil. 43. nu. 20. lib. 2. Crot. in d. l. si constante. in repet. num. 84. Ruin. in consil. 186. nu. 7. lib. 1. & in consil. 53. nu. 17. lib. 2. Eandem visum sunt sequi Camp. in tract. de dote. in 3. par. quæst. 169. Benuen. Straccha in tract. de mercatura. in tit. de contractibus mercatorum. num. 10. & Ronchegal. in l. reos. §. cum in tabulis, num. 28. & 29. ff. de duobus reis. Et ij quidem moti sunt, quod cum vnà simul confessi sint se recepisse pecuniam, præsumitur etiam, quod ad vtrumque pro dimidia peruenit, arg. dictæ l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duobus reis. & l. Vranus. §. si duo. ff. de fideius. l. cum apparebit. ff. locati. & l. vir vxoris. §. vlt. ff. ad S. C. Vellei. Verum responderi potest, quod et si verborum rigor, & proprie-